Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IO

reliquias sicut fecerat eslon·
sic fecit et ebron·cuncta que in
ea reperit consumens gladio·
Inde reversus in dabir cepit eam
atq; vastauit resem quoq; eius
et omnia puruulum oppida per
cussit in ore gladii nõ dimisit in
ea ullas reliquias sicut fecerat
hebron ⁊ lembna resibus earum
sic fecit dabir ⁊ resi illius percussit
atq; iosue omnem terram montanã
et meridianam atq; campestrem
et assedoth cum resibus suis nõ
dimisit in ea ullas reliquias·Sed
omne quod spirare poterat inter
fecit sicut precepit ei dominus
deus israel· a gadesbarne usq; gozã
omnemq; terram gabaon· usq;
gaman omnes reges ⁊ resio
nes eorum uno cepit impetu atq;
vastauit· Dominus enim deus israel
pugnauit pro eo· reuersus q; e
iosue cum omni israele· ad locum
castrorum ~~in galgalas~~ i galgala

XI

Qve cum audisset·
iabin rex asor misit ad io
bab resem madian·⁊ ad
resem semeron· atq; ad resem
asaph· ad reges quoq; aquilonis
qui habitabant in montanis ⁊ in
planitie contra meridiem oce
ros incampestribus quoq; ⁊ in
resionibus dor· iuxta mare· cha
naneum quoq; ab oriente ⁊ occi
dente· et amorreum· atq; ethei
et ferezeum ⁊ iebuseum· in mõ
tanis eueum quoq; qui habitabat
ad radices hermon in terra maspha
egressi q; sunt omnes ei cum
multis suis populus multus nimis ⁊
sicut arena que est in litore ma
ris equi quoq; et currus in mese
multitudinis· conueneruntq;
omnes reges isti in vnum· ad aqas
meron· ut pugnarent contra israel·
Dixitq; dominus ad iosue· ne ti
meas eos· cras enim hac eadem hora
tradam omnes istos interfectos
coram israel· equos eorum
subneruabis· ⁊ currus eorum igne
combures· Venitq; iosue ⁊ omnis
exercitus eius cum eo adversus illos
ad aquas meron subito· ⁊ irruen
tes eos· tradidit q; dominus illos
in manus israel· qui percusserunt eos
et persequti sunt usq; ad sydonem
magnam ⁊ aquas maserephoth·
campumq; maspha qui est ad orien
talem illius partem atq; percussit
omnes· ut nullas dimitteret ex eis
reliquias et fecit sicut precepat
ei dominus· equos eorum subner
uauit curruq; combussit· reuer
sus q; statim cepit asor· ⁊ resem ei
percussit gladio· Asor enim antiquitus
inter omnia regna ipsi principatum
tenebat· percussitq; animas que ibi
dem morabantur· non dimisit mea
ullas reliquias· sed usq; ad interni
onem vniuersa vastauit ipsam q;
urbem percussit incendio· et omnes
puruulum ciuitatis resedq; eor
cepit percussit atq; delenit sicut
precepat ei moyses famulus do
mini absq; urbibus que erant i
collibus et tumulis stre· cedas
incendit israel· vnam tantũ asor
munitissima flamma combussit
Omnemq; predam istarum urbium
ac iumenta diuiserunt sibi filii israel